



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De Mira cuiusdam Sancti Patris Charitate. Capvt. IX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

DE hoc Abbate Myrogene cum audisset Hierosolymitanus Archiepiscopus Eustochius, voluit ad eum mittere quæcunque erant necessaria, sed ille nunquam ab eo quicquam co-
sensit accipere. Hoc autem solum illi significabat: Ora pro me, Pater, ut liberer, ab æterno cruciatu.

*De Mira cuiusdam Sancti Patris
Charitate.*

C A P V T. IX.

IN ipso monasterio Turrium senex quidam erat sanctæ nuditatis, & elemosynæ valde studiosus amator. Quadam ergo die venit pauper ad eius cellulam elemosynam petens, senex verò cum non nisi vnum panem haberet proferens ipsum, dedit pauperi. Tunc dicit pauper: Nolo panem, sed indumentum. Volens autem senior curare illum, apprehensa manu eius, introduxit in cellulam suam. Pauper autem cum illic nihil omnino inuenisset, nisi solum quod ille induebat, tanta senis virtute compunctus, soluit facculum suum, & in medio cellulæ quæcunque habebat euacuans, dixit: Sume ista, senex optime, & ego alibi quæram, quæ mihi sunt necessaria.

Per vditatem intelligebant veteres omnium rerum mundanarum contemptum & derelictionem. Præsertim monachi huius nuditatis & paupertatis feruenter propter amatores extiterunt. Priusquam enim ad monasteria veniebant, omnia vendentes pauperibus dabant.

Vita Barnabæ Anachoreta.